

SACRARUM, HEBRÆARUMQUE LITERA- RUM STUDIOSIS, IN ILLUSTRI ACADEMIA JENENSI,

S. P. C. P. P.

M. PETRUS PISCATOR, THEOLOGIÆ ET SANCTÆ LINGUÆ PROFESSOR PUBL.



N Mysteriorum divinorum dispensatore fideli, duo cum primis Divus requirit

Apostolus: Morum nimurum primum vitæq; sanctimoniam, ita quidem, ut quantum in hac naturæ hominum imbecillitate fieri potest, *εἰπε γένος τοῦ οὐρανοῦ* quilibet esse studeat: ne quod una manu ædificat, altera rursus destruat & evertat. Non enim bonam duntaxat conscientiam (monente ali-
cubi D. Augustino) habere curemus, sed quantum nostra potest infirmitas, quantum fragilitatis humanae vigilancia concedit, nihil etiam designare co-
nemur, quod infirmo fratri in malam suspicionem venire possit. Qua de te pluribus agit Apostolus 1. Tim. 3. Tit. 1. Huc alterum accedit oportet appri-
mè necessarium, ut, *οὐ τὸ δέσμοντα* T. 1: 7. sit *ἀντίστροφος τῷ καὶ τὸν ὀδοὺς πάντα λόγῳ, οὐ διωκτέος καὶ αὐτοκαλούς τοῦ οὐρανοῦ*, καὶ τὸ εἰ-
πιλέγοντος εἰς γένος στοιχεῖον, ut Gentium Doctor Tit. 1: 9. & 11. scriptum reliquit.

Dura lanè hæc atq; ardua provincia, quæ D e i. Oeconomio administranda committitur ac demandatur. Non enim sanè duntaxat doctrinæ, divi-
nitatis patefactæ revelataq; cognitionem, in eaq; perseverantiam immortam requirit; non professionem ejusdem è *βίᾳ* solum postulat: sed, ut errores
etiam omnis generis atq; corruptelas varias, è solidis factarum Scripturarum fundamentis, in Antithesi, refellat ac confutet, efflagitat. *εἰπε λαλῶ* forte rerum divinatum tractationem
ferre poterant aliqui: At, ubi juxta commonitionem Apostolicam, ad *ἀνθρώπου* progressus fueris, ibi verò Crabrones, quod vulgato jaclatur proverbio, iritaveris, & Camarinam con-
tinuo moveris: ita quidem, ut invidiæ, ut perfecutionibus, ut odio plus quam Vatiniano, ut calumniis atrocissimis, temetiplum expofuisse temere, judiceris. Nihil hic de donis va-
riis, iisq; permagnis, dissero, quæ in ejusmodi dispensatore fideli coruscare debebant & effulgere: quæ certe in spirituali ista militia tanta sunt, ut ipsèmet Paulus, Apostolus *εἰπε ωρίζεις*, exclamat haud injuria 2. Cor. 2: 16. *καὶ ποὺς μὲν τοῦτο τι λαλεῖ*; Ad hæc quis idoneus? Verum enim verò levamen haud exiguum, adeoq; solatum prælustre suppeditare Paulum
illud poterit, quod 1. Cor. 4: 2. legimus: Hoc requiritur in dispensatoribus, ut fidelis quis inveniatur, h.e. quemadmodum alibi monet Apostolus, ut attendat lectioni 1. Tim. 4: 13. adeoq;
precibus adhibitis ardenteribus, imploratoq; Spiritus S. auxilio Matth. 7: 7. Marc. 11: 14. Luc. 11: 9. & seqq. Vocationis operas strenue diligenterq; expedire allaboret: si maximè ad
Aristophanis, quod dicitur, Cleanthisq; lucernam non omnia fortè omnibus tornata fatis, elaborataq; esse videantur. Nam, (ut præclarè alicubi Hieronymus) de Scripturis di-
sputantem, non Aristotelis decet argumenta conquirere: nec è flumine Tuliane Eloquentia ducendus est rivulus: nec aures Quintiliani flosculis & scholari declamatione mulcen-
dæ: sed pedestris ac simplex oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum ediscat, obscura manifestet. Quod si ergo piè religioseq; D e i. solum honos spectetur, jubente Apo-
stolo 1. Cor. 10: 31. *μην μήσις διέξας θυσίαν*: Si ad discentium fideiq; nostræ concorditorum utilitatem atq; *εἰπε διδύλω* 1. Cor. 14: 12. unicè attendatur: Si deniq; in obeundis vocationis
minis, studium indefessum adhibeat: licet *εἰπε μήσος* duntaxat nostra, in terreno hoc ergasterio, terum Theologicarum sit maneatq; cognitio 1. Cor. 13: 12. prosperè tamen felici-
terq; faccedent omnia, ac finem optatum consequentur. 1. Cor. 15: ult. Huc equidem, quod citra ullam jaclantiam dixerim, tanquam ad Cynosuram, ac statuam quandam
Mercuriale, in profecione publica, cui divina benignitate atq; concessione, per Octennium jam, uno saltu Menie deinde, *χαδδίναμον* præfui, identidem mihi respiciendum esse
duxi. Ideoq; id cum primis dedi operam, ut Lingua Hebrææ, quam ab Autore Sanctam appellamus, cognitionem, ceu fundatum omnis sinceroris Theologiæ, thesaurum nobis-
simum preciosissimumq; studiosie Juventuti instillarem. Hoc fine Rev. Dn. Dinckeli primū, Mox Clenardi, præceptiones publicè explicavi. Tandem, juxta naturalem
artificiosem Methodum, Etymologię & Syntaxeos Hebrææ, tum Conjunctione tum Separatæ, præcepta collegi, inq; artis formam redacta, Auditoribus meis, *αφορετούσῃ πάλιν* comunicare volui: & quidem, ut quotannis ferè, propter novos subinde accedentes Academiz hospites, semel ejusmodi prælectiones absolverem, laboravi. Quin & in eorum gra-
tiam, qui majorcs, eosq; laudabiles, in studio Hebreo progressus fecissent, Linguarum etiam, Chaldaic & Syriacq; præcepta, anno supra millesimum sexcentesimo primo, ad natu-
ralis Methodi rationem conformata, publicis scholis proposui, quæ sparsim ab aliis, Münstero, Mercero, Wafero, Auogallo, Tremellio, Betrammo, Angelo Caninio, præsertim
verò doctissimo Andrea Masio, jampridem tradita fuerunt. Ne vero sterili tantummodo Grammaticali agro Studiosi *Φιλόθεου* adhærescerent: præter Exercitia privata in gratiam
studioforum Theologiarum instituta, Usus quoq; Linguarum istarum commonstrandum esse judicavi. Quo nomine Prophetarum nonnullorum, Haggai videlicet, Joëlis, Obadiæ,
Malachij, Habakuk & Zephaniæ, Enarrationem habeci, qua Vocabul Analytiæ præmissa, Dispositionem, Textus explicationem, Locorumq; quos vocant, Communium, sive do-
ctrinarum fasciculum atexui: quorum omnium usus frequens & insignis in Concionibus è suggestu habendis esse potest, quemadmodum facilime deprehendent ii, qui prælectioni-
bus istis assidui interfuerunt. Præterea, absoluta *εἰπε γένος* psalmorum quorundam, 16. sc. 82. 125. &c. Duorum priorum Capitum Daniëlis, secundi potissimum Chaldaicè à pro-
pheta scripti; & Evangeliste Matthæi Capitis primi Syriaci, nec non Capitis LIII. Esaïæ, cuius expositionem superiori anno ad umbilicum perduxii: Ad psalmorum tandem Penitentialium VII. Enarrationem animum adjeci. Absoluto verò, præterita septimana psalmo XXXVIII. penitentiali tertio, C. R. A. 5, *σω τῷ θεῷ*, ad Psal. L. I. *εἰπε πάθωσον*, hor. 1. pom.
tribus prioribus cuiuslibet septimanæ diebus, uti per sesquiannum consuevi hæc tenus, progrediar: Posteriori v. biduo, Hebraicas præceptiones, *εἰπε διδύλω*, persecuturus. Adjiciam a. Explicationi Grammaticæ, quam sequente septimana absolvere constitui, peculiarem Affixorum quorundam usurpationem artificiosem: Hanc Accentum Hebraicorum
Enodatio subsequetur: Tandem etiam, Colophonis loco, conscribendorum Verbum Hebraicorum rationem, D e o clementer annuente, perspicue ac breviter commonistratu-
rus. Ceterum absolutis hisce omnibus, quod intra quadrantem anni, vel ad summum intra semestre spacium fieri posse, conjicio, quid deinceps propositurus sim, peculiaris, D e o
volente, programmata, significabitur. Vestrum erit, Studioi Ornatiissimi, expendere illud Solomonis Proverbiorum 10:5. *אָנָה בְּקַצְרֵךְ נִדְשֵׁת כְּשִׁכְלֵךְ כְּבִישֵׁךְ*: *טוֹבֶת יִשְׂכַּחֲנֵךְ כְּבִשְׁתֵּךְ*: confuerunt vulgo dicere Hebræi quod Et
Itemq; id, cuius meminit Cicero in Epistolis: *Ζεῦς Φανῆς μετὰ μητρὸν εἶναι*. Sed manum de tabula. D e u m præpotentem, patrem Domini & Servatoris nostri J e s u C h r i-
s t i, ut per Spiritum Sanctum suum, nostris docendo, discendoq; clementer & affatim benedicat laboribus, toto pectori, votisq; ardenterbus rogamus & precamur. V V. P.P.
Jena 21. April. anni 1678 in auctoritate 1605.

TYPIS CHRISTOPHORI LIPPOLDI.

АЯТТИ

1·B·3963, 136

136.

